

CONSILIORVM
D. NICOLAI
EVERHARDI IVNIORIS,
IVRISCONSULTI GERMANIÆ
Clarissimi, Serenissimorum Boiariæ Principum,
Alberti Quinti & Guilielmi Quinti Consilarii, Necnon in ce-
lebrissima INGOLSTADIANA Academia Professoris
Primarij:

VOLVMEN PRIMVM.

OPVS ANTEA NVNQVAM TTPIS MANDATVM, SED
nunc tandem in gratiam non tantum Germaniæ, verum etiam exterarum nationum,
tralatū ē Germanico idiomate singulis in latinum, atque sic in commodum
omnium, vbiuis, cū in scholis, tū foro versantium, collectum,
ac luci donatum.



Cum Privilegio speciali Sacre Cæsareæ Maiestatis.

AVGVSTÆ VINDELICORVM

SVMPTIBVS BLIÆ VVILLERI.

Apud Christophorum Mang.

MDCIII.





EPIGRAMMA.

IN EFFIGIEM D. NICOLAI EVERHARDI
Iunioris, I. C.

AUCTORE

D. JOANNE RICHARDO OSSANÆO

Juriconsulto.

*Si magnum recte studium virtutis, & altas
Ingenij dotes contueâre viri.
Ad vivum quem picta refert tam parva tabella,
Dixeris: hic alter Papinianus erit.*



NATVS VII. DIE DECEMBR.
ANNO POST CHRISTVM NAT.
MDXXXVII. E VIVIS EXCESSIT
INGOLSTADII DIE XXIII. MENS.
IVLII. ANNO DOM. MDLXXXVI.
AETAT. XLIX.

AVGVSTVS VINDELICORVM

SEPTENTRIONIS SVBIVLII

And Christophorus Mang.

MD CII

S E R E N I S S I M I S
P R I N C I P I B V S A C D O M I N I S,
D O M I N O G V I L I E L M O , A C D O M I
N O M A X I M I L I A N O , P A T R I F I L I O Q V E , C O

mitibus Palatinis ad Rhenum, superioris ac inferioris Boiariæ
Ducibus &c. Dominis suis Clementissimis.

NON referre beneficiis gratiam, Serenissimi Principes, non solum esse turpe apud omnes, sed principem sibi locum id in liberis, erga parentes ingratis, vindicare, nemo est, qui negare possit. Si enim Seneca auctore nulla beneficia sunt maiora, quam quæ patres in liberos conferunt, quorum præcipua elegantissime ab ipso recensentur libro sexto de beneficiis, capite 24. & si ea, quæ acceperis utenda, maiore mensura (modo id fieri possit) iubet reddere Hesiodus: quidnam beneficio prouocati, præsertim erga parentes, facere debemus? annon imitari agros fertiles, qui multò plus afferunt, quam acceperunt? Hinc sanè à veteribus inter reliquos summopere collaudatur gratitudo summa Æneæ in patrem Anchisen, quem grauem senio, per media hostium agmina, per cadentis circa se vrbs ruinas, per ignes ipsos, propriis humeris ferre non horruit, vitam propriam senectuti paternæ postponens. Hinc iuuenes Siculi æternum sibi nomen comparârunt, cum Ætna in vrbes, in agros, in magnam insulæ partem incendium effundente, parentes suos vexerunt, periculoq; mortis eripuerunt. Hinc Coriolani pietas in matrem monumentis veterum est consecrata, quod precibus eius, cuius vtero conceptus erat, admonitus, continuo agrû Romanum hostilibus armis liberauit, cuius conceptam iram antea missi ad eum deprecandum Legati, ac Sacerdotes cum infulis, nō flectere, nedum expugnare valuerunt. Hinc denique & alii, gratitudinem parentibus, cum viuis, tum mortuis exhibentes, & accepta beneficia grato saltem animo recolentes, immortalē gloriam, & quidem haud immeritò, sunt consecuti. Hæc alta mente reuoluentes, cum & patris, Nicolai Euerhardi Iunioris, Iureconsulti, piæ memoriæ, collata in nos liberos beneficia gratitudinem aliquam jure quasi suo expostulare videremus, in eam deuenimus cogitationem, commodissime id fieri posse, si tandem aliquando precibus amicorum obsequendo, nonnulla ab eo summa diligentia, maturo judicio, integræq; fide conscripta, nec non thesauri loco nobis reposita juris Responsa, in lucē mitteremus, publicoq; bono communicaremus, memores illius Platoniani, nos non solum nobis natos esse, sed partem ortus nostri patriam, partem parentes, partem amicos, sibi vindicare. Manum igitur operi admoventes selectiora quæque duos in tomos



CONSILIORVM
NICOLAI EVER-
HARDI IUNIORIS.
VOLUMEN PRIMVM.

CONSILIUM I.
DE POTESTATE IMPE-
RATORIS.

CASVS.

INVICTISSIMVS Romanorum Imperator
semper Augustus, Maximilianus Secundus, feli-
cissimæ memoriæ, concessit absq; scientiæ Ele&to-
rum Imperii, Illustri N. de N. Comitatum & Baro-
natus Comitatus cuiusdam, vltimi tamen familie
suz, in euentum, quo dicti Comitatus ac Barona-
tus, vt feuda, sua Cæsarea Maiestati atque Imperio
aperientur, pro qua promissione, ac concessa
expectatiua, eidem suæ Maiestati ab N. de N. ali-
quot millia florenorum statim oblata fuerunt. Cō-
tingit autem Potentissimum Cæsarem, Maximilia-
num prius mori, quam Comitem, super cuius feu-
dis expectatiua fuerat impetrata, qui etiam adhuc,
absq; tamen spe prolis, est in viuia. Verum cum ad-
huc incertum sit, an inuictissimus Imperator Ru-
dolphus Secundus, vt successor Maximiliani Se-
cundi, piissimæ memoriæ, casu, quo contingeret
Comitem prædictum, & vltimum familie suæ, ac
vasallum Imperii, aliquando vitā cum morte com-
mutare, expectatiua factam N. de N. executioni sit
mandaturus; vel an sua Cæsarea Maiestas alteri ea-
dem feuda concedere cupiat: Ideo propositarum
questionum resolutio petitur.

Trañantur Questiones tres.

1. *An Imperator alicui expectatiuā in magnis feu-
dis Imperii, viuo adhuc primo vasallo, concede-
re possit absq; scientiā & auctoritate Electorum
Imperii?*
2. *Quid si Imperator, expectatiuam certi feudi con-
cedens alicui, prius moriatur, quam vasallus
primus, super cuius feudo expectatiua fuit con-
cessa, & sic feudo nondum aperto, verū tunc suc-
cessor in Imperio teneatur idem feudū, casu, quo
ad se reueritur, cōcedere illi, cui antecessor suus
expectatiuam super eo largitus est: vel, an suc-
cessor sine latione Imperatoria sublimitatis reuo-*

*care concessionem antecessoris etiam sine causa,
& alium de tali feudo inuestire, possit?*

3. *Quod si successor in Imperio, expectatiuam à præ-
decessore habenti feudum, casu quo aperitur, nō
largiatur, vtrū tunc consus seu interesse aliquot
millium florenorum, ob expectatiuam anteces-
sori oblatorū peti possit? & a quo tempore? Cir-
ca quā questionem tanguntur & alie due qua-
stiones. I. Vtrum cōpetat ipsius principalis sum-
ma repetitio? II. Posito cōpetere, an tunc pecu-
nia, pro expectatiua oblata, sit repetenda ab he-
redibus Imperatoris, concedentis spem in feudo
sibi uindum aperto, vel à successore in Imperio?*

DIVINO AVXILIO IN-
VOCATO.



GREGIÆ ADMODVM
sunt propositæ questiones, & præci-
pue prima, qua in dubium vocatur,
vtrū feuda Imperii maiora, vt Land-
grauatuum, Comitatum, Baroniat-
um, ac similia dominiorū, possint per inuictissi-
mum Romanorum Imperatorem, absq; scientia &
voluntate Sacri Romani Imperii Electorum, con-
cedi aliis, in casum, quo vasallus, vltimus sui nomi-
nis, decesserit absq; legitimis feudi successoribus?

Pro edius clariori resolutione præmittendū est,
aliquos fuisse in illa opinione, quod feudum, à va-
sallo adhuc viuente possessum, non possit à domi-
no directo concedi alteri, etiam in casum, quo va-
sallus, feudum tenens, sine liberis, aut legitimis feu-
di successoribus, esset decessurus, & hanc sententi-
am tenuisse dicuntur antiqui Iureconsulti Placenti-
ni, sicut refert, text. c. si quis, in tit. de feud. da. in vie.
leg. comm. tamq; sequitur Mart. Landrus abt, & Jac.
de S. Georg. in suo T. fen. in verb. inuestitū talē, nu. 12.
ad fin. vbi dicit, hanc Placentinorū sententiā proce-
dere, quando dominus feudi inuestit aliquē de fen-
do certæ personæ, quia tunc sit quodammodo pa-
ctū de futura successione, per q. inducitur votū ca-
ptandæ mortis alterius, q. est de iure reprobaturū,
iuxta text. in l. fin. C. de pact. cum finitib. Opinonem

A

vero

16 Quoddam si forte iamdictæ constitutionis, aut statuti, verba adhuc alicui dubia seu ambigua viderentur (quod non credo) tunc ad ipsum serenissimum Ducem pro interpretatione suæ constitutionis recurrendum foret, secundum *Barto. in l. omnes populi in 3. quest. sexta questionis princip. ff. de insti. Et inr. Et Id. in l. ex falso in princip. per illum text. ff. de vulg. Et pup. subf. Et facit text. in c. inter alia. de verb. signif. Et in c. cum venissim. de iudic. cum similibus, adductis per *Crauet. consil. 135. num. 39.* Suam vero serenitatem facturum esse talem interpretationem, qualem supra posuimus, minimè dubitatur, ex rationibus præallegatis, tum etiam ex eo, quoddam ita interpretando, ut diximus, res reducitur ad ius commune, secundum quod illi, qui non inveniuntur*

tur specialiter prohibiti, facultatem liberam habent ædificandi pro suo arbitrio, & quando cunctæ id illis placeat, arg. eorum, quæ notat *gloss. in c. statum, in ver. numerandum. de proband. in 6. dum vult, quod interpretatio sit lata etiam in materia correctoria, quando per eam redimus ad ius commune, pro quo etiam faciunt, quæ scribit *Roma. in consil. 318. incip. quæritur an ipse Christophorus. in fin. Et Felyn. in c. cum accessissent. colum. 1. de consuet. Et Ias. in c. Auth. quas actiones. colum. 6. C. de sacrosanct. eccles. Et Curt. in iur. in consil. 5. colum. 13. in fin. Et consil. 6. colum. 7. versi. non omitto. Atque ita mihi concludendum videtur, saluo aliorum saniori iudicio.**

FINIS.

ERRATA VOLUMINIS PRIMI.

Pagina 1. hinc, linea 21. lege ut notum. Pag. 16. numero 41. lin. 20. leg. defuncta videretur. Pag. 23. num. 11. lin. 4. leg. in 7. ff. supposita. P. 24. n. 13. lin. 4. leg. ex quo non. P. 41. n. 6. lin. 22. leg. lib. 10. P. 48. n. 7. 4. lin. 7. leg. tantum seculares. P. 7. 4. lin. 1. leg. malisset. P. 116. lin. per leg. ostendunt, ut in fientis casu aliud obtinere, quæritur. P. 14. n. 36. lin. anteq. leg. num. 5. Et scilicet. P. 145. n. 16. lin. 4. leg. induratum. P. 157. 5. Et lin. 4. leg. pua. cunctis. P. 16. 4. 5. Quam. lin. 8. leg. moriturum. P. 173. quæritur in princ. leg. in vendito. P. 183. n. 34. lin. 9. leg. mori imperium. P. 101. n. 34. leg. p. solo raptu etia. P. 233. col. 2. lin. 2. leg. Et infra discedit. P. 238. 5. Sed lin. 7. leg. induratum. P. 269. 4. Deinde. li. 7. leg. de fid. interu. P. 287. lin. 4. leg. divisionem bona fide. ubi. n. 1. lin. 6. leg. sine cetera p. iures sine. P. 300. lin. 10. leg. itaq. cum illa non p. hinc, jam extincta. P. 305. col. 2. lin. 3. leg. nulla iure. P. 346. 5. Secundo. lin. anteq. leg. accusatoris, tunc reu. et indicis accusatoris aut sine requiritur. P. 357. col. 1. lin. 16. leg. in l. fi. P. 361. n. 40. lin. 4. leg. an interueniant testes. P. 381. lin. anteq. leg. l. i. p. l. i. P. 397. 5. Cum lin. anteq. leg. l. si quis. P. 410. n. 115. lin. 33. leg. an p. ius m. P. 421. 5. Ad lin. 5. leg. maioris lueri ex. P. 426. n. 35. lin. 2. leg. quida societatis. P. 431. lin. 3. leg. sine p. pte sine. P. 502. 5. Supra. lin. 8. leg. col. 1. P. 518. n. 45. lin. 15. leg. etia ex isto capite mali p. ius allegat. et. P. 521. 5. Per leg. Per q. concluditur. P. 532. col. 2. lin. 4. leg. si n. p. ius. P. 649. n. 2. lin. 11. leg. 12. q. 2. P. 792. n. 30. lin. 8. leg. ex narrati concludatur.

Reliqua, si quæ sunt, minoris momenti, æquas ac beneuolus lector pro sua eruditione, inter legendum, ut speramus, facillimè animaduertere poterit.

VINDELICORVM AVGVSTÆ
PER
CHRISTOPHORVM MANG.

Anno Salutis reparatæ.

M. D. C. III.